



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Knesnen. Archiepiscopo & suffraganeis ejus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

gratia, odio, vel timore subtraxerint,  
quò minus testimonium perhibeant ve-  
ritati, ad id per distinctionem ecclesiasti-  
cam appellatione remota compellas.  
Datum Laterani III. Nonas Martij.

G. L V N E N. E P I S C O P O  
ejusque successoribus canonice substituendis  
in perpetuum.

Epist. 41.  
Super conce-  
fatione & confir-  
matione Abo-  
len monasterij,  
ad Romanam  
Ecclesiam pet-  
tinentis.

**A**MPLA DIVINO MUNERE MANUS APO-  
STOLICÆ SEDIS HOS HUMILIAT, HOS EXAL-  
TAT, HIS SUPERFLUA SUBTRAHIT, ALIIS NECES-  
SARIA SUBMINISTRAT. IPSA ETENIM, TANQUAM  
MATER OMNIVM GENERALIS, CÙM PERSONA-  
RVM MERITA, & TEMPORIS & LOCI QUALITA-  
TEM ATTENDAT, HOS ONERAT, HOS HONORAT;  
IMMO SÆPIUS HONOREM ONERIBUS & ONUS  
HONORE COMPENSANS, & ONERAT HONORA-  
TO, & ONERATOS HONORAT. HAC SQUIDEM  
RATIONE INDUCTI, SPECIALEM GRATIAM, QUAM  
AD PERSONAM TUAM TUIS EXIGENTIBUS ME-  
RITIS & LUNEN. ECCLESIAM PROPTER TE GE-  
RIMUS, ATTENDENTES, AC VOLENTES IPHIUS  
ECCLESIA UTILITATI CONSULERE, DE COMMUNI-  
TI FRATRUM NOSTRORVM CONSIGLIO MONAS-  
TERIUM ABOLENSE, QUOD AD JURISDICTIONEM  
SEDIS APOSTOLICÆ PERTINEBAT, CUM PERTI-  
NENTIIS SUIS TIBI & PER TE IPSI ECCLESIAE  
CONCEDIMUS, CONFIRMAMUS, & PRÆSENTIS  
SCRIPTI PRIVILEGIO COMMUNIMUS, TAM TE  
IPSI PRODESSÆ QUAM PRÆDESSÆ VOLENTES, UT  
HONOREM QUEM SUPER HOC TIBI EXHIBE-  
MUS ATTENDENS, ONUS & PROVISIONEM  
IPSIUS MONASTERIJ TALITER EXEQUARIS, QUÒD  
IN TEMPORALIBUS & SPIRITUALIBUS PER-  
TUTUM STUDIUM, ACTORE DOMINO, REFOR-  
METUR; NEC TU AUT SUCCESSORES TUI PRIVI-  
LEGIUM AMITTERE DEBEARIS, SI CONCESSA  
VOBIS ABUSI FUERITIS POTESTATE. DECERNIMU-  
SUS ERGO &c. SALVA SEDIS APOSTOLICÆ AU-  
TORITATE. SI QUA IGITUR IN FUTURUM &c.  
DATUM PER MANUM RAINALDI DOMINI  
PP. NOTARIJ, CANCELLARIJ VICEM AGENTIS,  
XVII. KALEND. APRILIS, INDICT. PRIMA,  
INCARNATIONIS DOMINICA ANNO M. C.  
XCVIII. PONT. VERÒ DOMINI INNOCENTIJ  
PP. IIJ. ANNO I.

ABBATI ET CONVENTVI  
Monasterij Abolen.

Epist. 42.  
Vt Episcopo  
Lunen. debeat  
obedientiam &  
reverentiam  
exhibere.

**A**MPLA DIVINO MUNERE MANUS &c.  
AUT SUPRA FERÈ IN EUNDUM MODUM US-  
QUE AD VERBUM REFORMETUR. QUOCIRCA  
UNIVERSITATI VESTRA PER APOSTOLICA SCRIPTA  
PRÆCIPENDO MANDAMUS, QUATENUS IPSI  
TANQUAM EPISCOPO VESTRO REVERENTIAM  
& OBEDIENTIAM DE CETERO EXHIBENTES,

salubria monita & precepta ipsius irre-  
fragabiliter ac sine qualibet contradic-  
tione serveris. Datum Laterani.

KNES NEN. ARCHIEPISCOPO  
& suffraganeus ejus.

**A**POSTOLICA SEDIS BENIGNITAS, SICUT  
EX DEBITO PASTORALIS OFFICIJ AD OM-  
NES FIDELES GENERALITER AFFECTUM CARITA-  
TIS EXTENDIT, SIC EOS, QUOS CIRCA SERVI-  
TUS SUUM & CHRISTIANITATIS HONOREM  
DEVOTIORES INVENERIT, SPECIALI TENETUR  
PATROCINIO CONFovere. Vnde fidem &  
DEVOTIONEM DILECTI FILII NOBILIS VIRI BO-  
LEZLAI DUCIS POLONIAE SANCTA ROMANA EC-  
CLESIA, CUJUS SUMUS REGIMINI, SICUT DO-  
MINO PLACUIT, DEPUTATI, MANIFESTIS JAM-  
DUDUM EXPERTA INDICIIS, MERITO IPsum  
BRACHIS SPECIALIS DILECTIONIS AMPLECTI-  
TUR, & IN JUSTIS PETITIONIBUS EJUS INVENIRI  
GAUDET FACILIS & BENIGNA. SANÈ CÙM PLU-  
RIES, SICUT ACCEPIMUS, APOSTOLICUM RECE-  
PERIT FRATERNITAS VESTRA MANDATUM, UT  
MEMORATUM DUCEM, QUEM SICUT CATHO-  
LICUM PRINCIPEM & ECCLESIA ROMANÆ  
FILIUM SPECIALEM QUADAM DILECTIONIS  
PRÆROGATIVA COMPLECTIMUR, AB IMPU-  
GNATORIBUS SUIS AUCTORITATE CURARETIS  
APOSTOLICA DEFENSARE, SIBIQUE CONTRA HO-  
STIUM SUORUM VIOLENTOS INSULTUS ECCL-  
EIASTICÆ DEFENSIONIS CLYPEUM INDULGERE,  
NONDUM Tamen, SICUT NOBIS INTIMATUM  
EST, COMMODUM ALIQUOD DE LITERIS APO-  
STOLICIS REPORTAVIT, NEC PRÆDECESSORUM  
NOSTRORVM ROMANORVM PONTIFICUM JU-  
SSIONES, QUÆ SUPER HOC SÆPIUS EMANASSE  
NOFCUNTUR, EFFECTUS EST DEBITUS SUBSECUTUS.  
Quare MERITO DE INOBEDIENTIA POTE-  
STIS & NEGLENTIA REPREHENDI. Quia igitur  
IN EO LOCO NOS CLEMENTIA DIVINA CON-  
STITUIT, UT SUAM CUILIBET DEBEAMUS JUSTI-  
TIAM CONSERVARE; FRATERNITATI VESTRA PER  
APOSTOLICA SCRIPTA MANDAMUS, & DISTRI-  
CTE PRÆCIPIMUS, QUATENUS UNIVERSIS PO-  
LONIÆ DUCIBUS EX PARTE NOSTRA CURETIS  
DISTRICTIUS INHIBERE, NE PRÆFATUM DU-  
CEM IN PERSONA VEL REBUS OFFENDERE PRÆ-  
SUMANT QUOMODOLIBET, VEL TURBARE, AUT  
EI SUPER HIS QUÆ IN PRÆSENTIARUM RATIO-  
NABILITER POSSIDET, AUT IN FUTURUM JUSTIS  
MODIS POTERIT, DEO PROPITIO, ADIPisci,  
MOLESTIAM INFERRA ADEANT INDEBITE, VEL  
GRAVAMENTUM. QUÒD SI COMMONITIONIBUS  
VELTRIS ACQUIETCERE FORTÈ NOLUERINT, VOS  
EOS AD HOC PER EXCOMMUNICATIONIS SEN-  
TENTIAM AUCTORITATE NOSTRA SINE APPALLATIONIS  
OBSTACULO COMPELLATIS. NOS ENIM  
SENTE-

Epist. 43.  
Vt impugnat-  
ores B. DUCIS PO-  
LONIE, nisi ab  
ipsius molesta-  
tione defici-  
ent, ecclæsticæ  
ca cenuit per-  
cellant.

sententiam, quam in ipsos propter hoc ratione prævia tuleritis, ratam habebimus, ipsamque faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem congruam firmiter observari. Provideatis autem, ut quilibet vestrum tamdiu faciat eandem sententiam per suam diocesim observari, donec mandatum nostrum celesti fuerit executione completum. Datum Laterani VIII. Idus Martij.

## VVORMACIEN. EPISCOPO.

Epiſt. 44.  
Vi ſextum con-  
verſionis beati  
Pauli celebre,  
& faciat per  
ſuam diocesim  
ſolemneriter cele-  
brari.

**C**VM post evangelicam veritatem Ecclesia Dei apostolica præcipue doctrina reflendeat, & beatus Paulus ad instructionem gentium & fidem catholicam propagandam præ ceteris apostolis laborarit, miramur non modicum, & movemur, quod, sicut nostris est auribus intimarum, festum conversionis ejus in diocesi tua non colitur, licet passionis anniversarium ibi solenniter recolatur; cum non minus conversio ejus, quam passio, sit christicolis omnibus veneranda. In conversione siquidem Sau-lum ab impugnatione fidelium revocavit dispensatio Iesu Christi, in passione vero Paulum ob prædicationis officium Neronis crudelitas interfecit. Ibi dextera Domini fecit virtutem, hic tyranni gladius intulit passionem. Ibi Dominus animam persecutoris salvavit & corpus, hic servus nequam apostoli predicantis corpus sine anima lafione periret. Præterea non paucioribus ejus conversio contulit, quam passio profuisse, cum plures sint, ad quos prædicatio-nis ejus sonus exiverit, quam qui ejus exemplo subierint passionem. Nobis enim vivendo profuit, sibi contulit patiendo. Nobis etiam jam conversus, ut similes ejus essemus, exceptis vinculis, cuperat. Sibi autem dissolvi, & esse cum Christo, affectabat ardentiū moriturus. Nec ipsis fuisse passio gloriofa, nisi sancta conversio præcessisset. Cum igitur ob ipsis merita ex antiqua Ecclesiæ institutione festum conversionis ejus à fideli-bus recolatur, & turpis sit omnis pars suo toti non congruens, nec deceat à capite membra discedere, fraternitatem tuam monemus & exhortamur in Domino, ac per apostolica scripta præciendo mandamus, quatenus juxta consuetudinem apostolica sedis, cuius magisterium imitari teneris, festum conversionis ejusdem apostoli & tu ipse observes in poste-

rum, & facias per toram Wormaciensem diocesim solenniter celebrari, in honorem ipsius apostoli divinis laudibus diligenter & sollicitius vacaturus. Datum Laterani Nonis Martij.

V N I V E R S I S P R E S B Y T E R I S  
per decanatum de Sparnon. in Carnoten.  
dioceſi conſtitutis.

**C**VM prelati Ecclesiarum ad id quod pium & canonicum est, discreta consideratione trahuntur, cum frequenter detur usus proclivior in pejora, & libenter audimus, & eis in his favorem apostolicum indulgemus. Quoniam igitur ex publico instrumento venerabilis fratris nostri Reginaldi Carnoten. Episcopi nobis manifeste innotuit quod ab omnibus violentiis, talies, & exactiōnibus vos perpetuo absolvisset, & super hoc suum vobis privilegium indulſiſſer, ne contra juris ordinem in aliquem vestrum aliquando suspensionis sententiam promulgaret, nec res alicuius veſtrum occuparet aliqua ratione, niſi forte decederet intestatus, & hoc idem sit per venerabilem fratrem nostrum Senonen. Archiepiscopum & dilectos filios Capitulum Carnoten. Ecclesiae confirmatum, prout in instrumentis eorum noscitur plenius contineri, ad postulacionem vestram, ut ab indebito cesseret gravamine, robur confirmationis apostolicae duximus apponendum, & ad maiorem rei evidentiam ipsius authenticum confirmationi nostræ de verbo ad verbum mandavimus inferendum. *Raginaldus Dei gratia Carnoten. Episcopus omnibus ad quos litera ista pervenerint, perpetuam in Domino salutem.* Cum hucusque nostris & prædeceſſorum noſtrorum Episcoporum Carnoten. temporibus presbyteri episcopatus Carnoten. talies & exactiōnibus oppresſi fuerint indebitè & gravati, hoc etiam in oculis omnium videatur omni bono diffonum, & saluti anime contrarium, proborum hominum ſano confilio utentes, & saluti anime noſtri providentes, universos presbyteros in decanatu de Sparnone constitutos ab omni vi, violentia, talies, & exactiōnibus perpetuo absolvimus. Ita etiam quod nullus presbyterorum decanatus de Sparnone, niſi ordine judiciario, ſuspendi poterit, nec res alicuius ſatisfientur, niſi ipsum intestatum (quod abſit) viam universa carnis ingredi contigerit. Si quis autem hanc noſtræ conſtitutioni obviare ſeu contrarie

Epiſt. 45.  
De confor-matione privilegiij  
eisdem conceſſi  
ab Episcopo  
Carnoten.

D